

ces, non admittit discrimen inter veram & apparentem magnitudinem aut distantiam stellarum. Videatur pars IV. libr. 1. Epit. Kepler.

VII. Probl. Astronomicum.

Quid sentiendum de tabella Blebeliana cum hoc titulo: *Quandiu Da singulis diebus super Horizontem pro ratione ætatis suæ luceat post occas. ☉is?*

Resp. Est fallax tabula, titulo minimè respondens: ac ne potest quidem talis aliqua condi, quæ quidem sit universalis, 1. quia distantia *Da* à *☉e* vera, quam ad hanc tabulam condendam necessario præsupponere oportet, est admodum inconstans, neq; unquam per totum annum sibi similis, 2. quia declinatio *Da* est incerta propter latitudinem ejus vagam. 3. Quia situs spheræ non est unus.

Particularis autem tabella, si ea opus foret, posset fabricari, si præsupponeretur 1. certa poli elevatio, 2. verum recessus *Da* à *☉e*, 3. loco *Da* respondens declinatio: hæc autem d. d. non nisi calculo satis laborioso subministrari possunt.

Errat itaq; tabella ista, quod supponit 1. *Da* crescentem quotidie tempori motu suo adjicere 48. min. hora, totidemq; decrescentem demere, 2. *Da* in omni plenilunio 12. horas lucere: quod nusquam verum esse potest, nisi in spheræ recta, sed quid hæc ad nos? Ut paucis dicam impingit illa contra tria requisita enumerata.

Potest tamen tabula istius alius aliquis esse usus: ut ex hora *Da*ri, per compassum, exempli gratia, cognita, perveniamus in cognitionem veræ hora per *☉e* *Da* *☉is* temporis, ex tabula ista pro ratione ætatis *Da* depropti.

VIII. Pro.